



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros
distributae**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XXXIX. An [i.e. Ad] Castorinam materteram. Ioannes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

habebant, cùm ejus admiraretur ingenium, & acumen ingenij collaudaret, sciscitans ait: Num tristis es, quod oculis carnis careas? Cùm ille pudore reticceret, secundò tertioque interrogans, tandem elicit, ut mœrorem animi simpliciter sateretur. Cui Antonius: MIROR, ait, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ & muscæ & culices habent: & non lætari illius possessione, quam sancti soli & Apostoli reveruerunt. Ex quo pavidus, quod multò melius sit spiritu videre, quam carne: & illos oculos possidere, in quos peccati festuca non possit incidere. Ad nos licet hoc anno non veneris, tamen non desperamus adventum tuum. Quod si sanctus Diaconus * disj. é- portitor literarum tuis ruisum amplexibus fuerit fatio: is arreitus, & illo comitante huc veneris, libenter moram: suscipiam, * dispendium moræ, magnitudine fixa duplicata: noris duplicari.

Matth. 7.

**XXXIX. Hieronymus Castoria materteria. Rogat
ut secum illa redeat in gratiam tandem.**

Iohannes idem Apostolus & Evangelista in epi. I. Ioan. 3. stola sua ait: Quicunque odit fratrem suum, homicida est. Et rectè. Cùm enim homicidium ex odio sèpè nascatur, quicunque odit fratrem suum, etiam si gladio necdum percutserit, animo tamen homicida est. Cur, ait, tale principium? Scilicet ut veteri rancore deposito, mundum peratoris Deo paremus habitaculum. Irascimini, in- Ps. 4. quid David, & nolite peccare. Hoc quid velit in- telligi, Apostolus plenus interpretatur, Sol nō oc- Ephes. 4. ciat super iracundiam vestram. **QUID AGEMUS**

D 4

nōs

nos in die judicii, super quorum iram non un-

Matt. 5. diei, sed tantorum annorum sol testis occubuit

Dominus loquitur in Evangelio: Si offeres mun-

tuum ad altare, ibique recordatus fueris, quia fin-

ter tuus habet aliquid adversum te, relinqu-

munus tuum ante altare, & vade reconcili-

prius fratri tuo, & sic offeres munus tuum ad-

tare. Vnde mihi misero, ne dicam tibi, quia tan-

tempore aut non obtulimus munus ad altare, a-

irâ permanente sine causa obtulimus. Quomodo

in quotidiana prece unquam diximus: Dimitt-

nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debi-

toribus nostris, animo discordante cum verbis, o-

ratione dissidente tum factis? Precor itaq;, quo-

& ante annum prioribus literis rogaveram, utpe-

cem, quam Dominus nobis reliquit, habeamus. I-

meum desiderium, & tuam mentem Christus in-

tueatur. In brevi ante tribunal ejus reconcili-

feu scissa concordia, aut præmium recuperabit

aut pœnam. Quod situ quod procul ablit, nolu-

ris, liber ego ero: epistola me hæc mea cùm le-

fuerit, absolvet.

XL. Hieronymus Theodore &cateris Anachorit-

Apparet scriptam hanc fuisse, cùm primùm ad-

ijsset eremum, & varia ejus vita in-

commoda experiretur.

Quād vellem nunc vestro interesse conven-

tui, & admirandum consortium, licet illi

oculi non mereantur aspicere, tota cum exulta-

tione complecti. Spectarem desertum omni ame-

nius civitate: viderem desolata ab accolis loca,

quasi ad quoddam paradisi instar Sanctorum cœ-

tibus
sta
omi
imp
li te
ram
non
pidi
tem
crat
Ego
rans
la h
sus,
gent
qua
necc
cœp
re. E
cœp
retib
ria u
in m
leo,
stro
tum

XLI

V